

dine, & ob hæc legnitus telis se obiectante, ve-  
xillum abripiendum, & in armatorum agni-  
na proficiendum, quod manipuli deprecari  
de ignominie gratia fortiter pugnando re-  
cuperent. His atque alijs distringi malis ne-  
cessie est, quæ a neutro nostrum dum exerci-  
tibus deuincti mortalitate præstemus, ab-  
fuere. C. & S. fateor esse labores ingentes per-  
ferendos & maxima pericula: quæ tamen in-  
credibilem gloriam pariunt: illa quidem cho-  
reas conuiuia somnum veluti pestem abo-  
minata per senticosa loca pendentesque ru-  
pes vagatur difficilis inuentu difficilior ap-  
prehensu plerunque multis armatorum ca-  
teruis vallata per aciem nouaculæ rerumque  
mille discrimina adeunda irritos mortalium  
conatus amplexu lubrico facit: nec aliter fer-  
me quam cruentum cædibus comitatur. Quo  
circa Sardanapal<sup>us</sup> & Xerxes quum se luxuriæ  
& inertie dedissent, nullum sui celebre no-  
men posteris reliquerunt. At Semiramis, &  
Cirus, in clytis operibus gloriam immorta-  
lem affecti sunt: quorum fama vigebit in-  
memoria seculorum sempiterna. Proinde qui  
propagationi nominis ac æthernitati studet  
vitam periculis obiectant, vt vno aut altero  
memorabili facinore inter viros illustres cõ